

DISPUTATIO VI.

Centuria tertia

QVÆSTIONVM
ILLVSTRIVM

PHILOSOPHI-
CARVM

In Inclytâ VVittebergensi Academiâ
Proposita:

PRAESENTE

M. IACOBO MARTINI
LOGICES PROFESS.
Publ.

RESPONDENTE

MICHAELE BLANCKIO
Dantiscano-Borusso.

Ad 9. Cal. Novembr. hor. à 6. matutinis in Auditorio Col-
legii veteris.

VVITTEBERGAE

Excudebat Iohann. Schmidt, Sumptibus
Pauli Hellwigii Bibliop. Anno 1607.

VIRIS
MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS,
generis Nobilitate, raraq; literarum ac
Prudentia gloriæ clarissimis,

Dn. IOANNI von der Linden / Procos.

Dn. ANDREÆ BORCKMANNO

Dn. BARTHOLOMÆO BRAN-
DESIO

Dn. IOANNI PROITEN

Dn. ADRIANO von der Linden

} Senatoribus.

Inclytæ Gedanensium Reipubl.

Dominis ac Patronis omni obseruentia colendis, has quales quales
studiorum Academicorum primitias, dicat & consecrat

R. G.A.

QVÆSTIO I.

An Syllogismus possit dividi in perfectum
& imperfectum?

Multū tū momenti possum est in ex. et i doctrinā syllo-
gistica notitia, velut à quā omnis Logica nūs uni-
cē leperdet. Idcirco non præter opere pretium fore
a bīramur, si. cum Aristotel. s lib. i. prior. Anal.
c. 1. s. 10. duplēm statuat syllogismū, perf. Etūm
scilicet & imperfectum, videamus, numqñia divi-
sioni huic tribui debeat.

Notandum & verò imprimis, syllogismi vocem hoc in loco non 2.
prout c. 1.lib. 2. post. A. pro altera utra propositionum ex quibus i-
psa conclusio elicetur. sed propriè pro rata eundem aggregatione u-
surpari, siquā definiri cap. 1.lib. 1.pr. quod sit λόγος εν τε διέντω
τινῶς ἐπεζῇ τι τῷ κεμένῳ ξεῖδε, καὶ συμβάνεται τῷ τάχτῃ εἰσαῖται.
Ex hac instituitur divisio (subject. sc. in acc.) in perfectum & imperfec-
tum. Perfectum appellat philosophus eum, qui præter ea, que accep-
sunt, nullā aliā re indiget, ut necessitas (consecutionis) appareat. Im-
perfectum eum qui una re pluribusque indiget, que quidem per sup-
positos Terminos sunt necessaria, non vero per propositiones.

Hic & præmissi nulli non liquet, utraque quasi manu calculum 3.
summo Aristotelē adiūcidum, ac pro data divisione dimicandum īsse.
Ren enim p. uo alii rimenti indagine perveſiganti, perfectitudinē
soli prime figure: non item secunda & tertiā, multo minus reliquis
argumentandi formis. Signari debet, facilimē persuadetur. Et
quidem his de causis.

*. Quia & dictum de omni & nullo, est radix & fundamentum o- 4.
mnis syllogistice conclusionis, ut ē prob. sequente constabit. Id yē-
tō soli prima figura actu, reliquis v. non attū, sed porstata īest, ut
Zibarella cap. 6. de quarta fig. ex Averroë cap. 24. supra 1. A-
bal. manifeste ostendit. Ergo.

2. Suffragatur etiam huic altera ratio è priori resultans, nempe conclusionis nō cessitas, qua tam evidens ibi est, quam quæ maxime. At secunda & tertia figura habent quidem necessitatem inferendi, sed non conspicuam, nisi ad primam figuram reducantur, quod est proprium Syllogismorum imperfectorum. Ergo.

3. Quin & imperfectitudinis character est incommoda forma syllogistica dispositio in ceteris syllogismorum speciebus. Sunt enim quædam imperfectæ ratione dispositiois terminorum, quædam ratione propositionum. Ratione dispositiois terminorum, ubi non naturalis sed ascititia Terminorū dispositio absurdam aliquam propositionem producit, qua adversaria ad impossibile redigitur. Ratione propositionum 1. Enthymema, in quo altera præmissarum retinetur, interdum major, interdum minor. 2. Inductio, ubi ex pluribus singularibus vel particularibus generalis conclusio elicetur. Quæ omnia cum perfecte syllogismi natura ex diametro pugnant.

QVÆSTIO II.

An dici de omni & nullo sint fundamentum & radix omnis syllogisticæ conclusionis?

Ita & sentimus, & Aristotelis & præstansissimorum Philosophorum suffragiis peroptime instruti. Quæ antequam recentemus, aut unde & que altera ratione corroboremus præcepit 1. Post memorares, subjecti ambiguities explicabimus, ne tempus de industria terebre videamus. A primò non ignorantum, principia hæc duo etiam aliis indigitar nominibus, nam Philosophus è dño ènvi èt ego idem esse prohibet acto nato & natu regendo dæres car. §.12.pr.an. Ad quem locum intelligendum facit quoque admonitio CL. Pacii in notis: dem inquit, re lunt, sed ratione differunt ut descensus & ascensus: nam subiectum dicitur esse vel non esse in toto attributo: quia attributum dicitur de omni vel nullo subiecto. Sic homo dicitur esse in toto animali, non esse in toto lapide: quia animal omni, lapis nulli homini attribuitur. Totum igitur in præsentia accipe aterbutivum, quod refertur ad partes subiectivas, ut genus ad species: aliud est totum integratum, quod componitur ex partibus integrantibus, ut homo ex capite, cruribus &c.

Caterinus

Ceterum + quid propriè per dici de omni & nullo intelligi de. 2.
beat, non paucis in in erto fuit. Existerunt qui prius pro universalis
duntaxat propositione affirmativa: posterius pro universalis negati-
va habuerint. Erronea est hec opinio totumque Aristotelis opificium
desbruens, teste Z. bar. dicto saepius cap. 6. Crellio lib. 3. part.
com. cap. 4. Regio lib. 4. de princ. syll. problem. 5. Alia enim est
prædicatio prioristica, alia posterioristica. Prioristica solam subiecti
universalitatem significat, qua sola ad illationis necessitatem faciendam
requiriatur: posterioristica quoque temporis perpetuarem postulat,
ut patet ex post. Anal. c. 4. §. 3. Arbitrari sunt nonnulli dici de omni
equipollere huic regulæ. Quicquid dicitur de subiecto, dicitur etiam de
prædicatio. Sed nec eam eruditorum censura approbat.

Pleriq. + in eo convenient, nabil aliud hic innui, quam inte- 3.
grum processum syllogisticum, si u duos integros syllogismos tribus ter-
minis constantes eo ordine secundum predicationem dispositis, ut unus
sitterminus prædicione supremus & ordine primus, qui de secundo uni-
verse prædicatur, primus affirmati vè quidem in dicto de omni, nega-
tive in dicto de nullo, ut haec dictiones ostendunt omnis & nullus;
secundus de alio tertio prædicatur qui ultimus omnium est & prædi-
catione insinus & sub secundo tanquam subiecta pars sub toto conti-
netur.

Favet + h. sc̄e philosophus non n. dissimilem descriptionem + 3. & 4.
rātō artōs posuit, liceat breviorē. Dici de omni est, inquit, quando
nihil sub illo subiecto sumi potest, de quo alterum, hoc est, prædicatur
quod de subiecto illo dicitur, etiam non aitatur. Dici de nullo quando
nihil potest sumi subiecti, de quo alterū non omne removetur. Quae se-
vera sunt, ut sunt, nabil certius deuinis ille Arabus in epit. pr. anal. c.
1 p. enunciare potuit, quam principia hec esse radicem omnis syllo-
gismi. Nam Ar semper Naturam amulari, quin etiam quam proxime
ad eam accedere d. b. t: igitur recte processus argumentandi natura-
lis obseruatatur, & præcepta methodusque artis ad eam diriguntur:
laudeque haud vulgari dignus. Aristoteles qui quilibet conclusio-
nem rejecit ex fontibus natura non derivata. Atqui dictum de omni
& nullo ne latum quidem unquam à via naturali recedunt. Siquidem
omnia naturaliter in eo procedunt, & id quod supremum de altero dicitur,
quod inferius est superiori subiectum. Ode n. quod erat subjectum

Vel prædicatum in pñnissia idem etiam prædicatum manet in conclusione, quatenus licet in illam ingreditur. E.

5. Deinde t̄ quod dat esse & perficit studinē syllogismis, merito pro eorum radice habetur. Sed dictum de omni & nullo id faciunt. E. Minor vix probatio indiget. Aristoteles enim i. post. cap. 13. primam figuram maximè scientificam vocat: qui sic? Quia hæc duo principia ipsa evidenter in ea continentur. Dua enim sunt eorum conditiones: 1. ut major syllogismi semper sit universaliter affirmans sive negans. 2. ut minor sit affirmans sive universaliter particularis. Ratio est, quia volunt ut prædicatum latius pateat subiecto, de quo prædicatum illud universaliter vel affirmatur vel negatur. Deinde ut subiectum illud latius pateat, quam tertium, quod sub illo subiecto assumitur: & de quo subiectum affirmatur. Vnde concluditur, subiectum, cuius hic minor sit, esse Medium terminum, in quo & per quām duo Termīni major & minor, tanquam in aliquo tertio uniuersit. Hanc vero genuinam & propriam primā figurā esse conditionem, nullum latet, qui v. l. primis labris dulcisimum Logicæ nectar degustavit. Id ir o cum nullum arte fabricatum syllogismum admitti voluerit Philosophus nisi per reductionem ad primam figuram, hæc vero, edes horum duorum principiorum sit; nihil minus convenit quam affirmativa ad problema nostrum respondentibus siadem detrahere.

QVÆSTIO III.

Sit Ens purè æquivocè diceretur de omnibus Entibus, utrum de omnibus Entibus esset Scientia una?

1. Due t̄ problematis partes sunt: priori queritur. An Ens purè æquivoce dicatur posteriori: sib; c; num de omnibus Entibus esset una scientia. Virtusque difficultas ut quam fieri potest brevissimè & dexterissimè endetetur nobis curā erit. Et Jane posteriorē vix in dubio vicare nedum serio negare audebit, qui, ut inter r.s., ita quoque inter disceptinas ordinem s. iclē observandum esse in competo habet. An vero ordo aliud quam dispositio primorum & secundorum: utenque omnium & angustiorum sive superiorum & inferiorum? Quo iam itaque Physica, Mathematica & reliquæ omnes considerant tantum scunda & angustiora, restantes & tales, ut Physica naturale. Mathe-

matica

mathematica magnitudinem & numerum: ipsa rerum series, ipsa necessitas disciplinam anam effingit, de primo sea communissimo praecepta trahentem, atq; adeo de re non quatenus talis aut talis, sed quatenus simile pliciter & absoluere vel Ens est. Id munera delegatum est Metaphysicae, cuius cancellis latissima Entis consideratio circumscribitur.

Sed tunc obstat uero est, quin & omnia Metaphysicae fundamenta 2. ta penitus eveni: opinio nonnullorum sententiarum: Ens aquivoco de omnibus Entibus praedicari, talique nos sicut infestantum: Quia dicuntur de pluribus secundum diversas rationes sunt aquivoca: Ens dicitur de pluribus, nempe substantiis. Accidens secundum diversas rationes. E. Ens est aquivocum.

Obtinenterat tamen palmarum, si Ens non esset genus $\tau\phi\sigma\delta\tau\omega$, vel, ut ait 3. Versus lib. 11. quaest. 2. si Ens secundum rationes omnino diversas, non vero reductive ad unum principalium, diceretur. Hec non aquivocorum sed analogorum est natura; Quemadmodum eruditus Perierius l. 2. de communib. omnium rerum principiis c. 2. penes sub finem judicat: Analogum, ait, seu quod dicitur ab uno ad unum, non significat materialiam aliquam diversam ab analogatis, sed proprie significat omnia analogata, unum tamen eorum principaliter, alia vero prout sunt aliquo modo affecta ad illud & habent ordinem seu proportionem ad ipsum. Ex quo fit ut bene declarato principali analogato facilis sit cognitio & reliquorum analogatorum, & ipsius analogi quod est omne communibus. Quamobrem usu venit ut Aristoteles post habitu communi analogo praecepit com moretur in explicando principali analogato, &c.

Nec tamen satis video, si omnium entium est scientia, ut sane est, quomodo Ens aquivoco dici queat? Nam largiaris oportet unanimi Philosophorum consensu approbatu axioma: Vtitate videtur scientiae per de re ab unitate subjecti: Si igitur ens mercede aquivocum est, & plures diversa denotat: ecquis constituere poterit. Metaphysica? Sed nec debeat plurima de ente enunciata: aquivoca autem proprius confusio nem & obscuritatem multitudine significatorum ortam non admittuntur in propositione.

Parciat hic etio quod satis luculentiter & prolixie idem testatum 5. fecerit multus in locis Suarez in primis disp. 32. sect. 2. & Philosophi autoritas non parum lucis afferat sententiae nostrae, i. Eth. cap. 3. ut & 4. Metaph. cap. 2. expresse affirmans: Ens multipliciter dici ad numerum,

unum, non tamen aequivoce. Cui accinit Averroes inquiens: Manifes-tum est quod hoc nomen. Ens non sic aequivocum nec predicetur univoce, & tamen predicitur de multis: quare est analogum.

Vnica & restat diluenda objectio: Scientia, a junt, acquiritur per demonstrationem cuius medium est definitio vel ratio subjecti: sed entis & cuiuslibet analogi non est una ratio. E. unitas analogiae non sufficit ad unitatem scientia. Respondeat Verbor: Responsum antehac est: quod analogatio sit una non simpliciter, sed secundum analogiam, quatenus reducitur ad aliquod unum. Hoc autem sufficit ad scientiam; quia sicut in poster. Analyt. Si subjectum sit analogum, medium sit analogum & passio. Atque sic manifestum negativa sententia subscribendum: nimur si mere aequivoco diceretur Ens, non esse scientiam unam de omnibus Entibus.

QVÆSTIO IV.

An in Metaphysica. considerari debeant prima demonstrationis principia?

Inter & officia à philosophis huic scientie assignata & hoc ponuntur, prout colliguntur ex Aristotele 1. post. 7. §. 12.4. met. 2. & in proœmio Metaph. cap. 12. Nostri institutio est controversiam acute nimis, nimis sive à Suarez disp. 1. f. 4. venitata & paucis complecti. Patrocinium vero is affirmantium suscipit, ac pro reportanda victoria eiusmodi rationum clypeis aliorum illum suscipit. 1. Prima & universalissima cadunt sub contemplationem busus scientie: Principia haec sunt prima & universalissima. Ergo. Et. Neutra præmissarum falsitatis rea est: idcirco neque conclusio. 2. Vbi principiorum Terminis trattantur, eo etiam ipsa referri debent: Sed in Metaph. principiorum primorum Terminis trattantur. Ergo. Traditur enim in hac scientia quid sit Ens, quid Substantia, quid Accidens, quid Totum, quid Pars, quid Actus, quid Potentia, &c. quibus Terminis, ut & aliis similibus prima principia constant. Cum v. hac principia in re non habeant intrinsecum & quasi formale medium, quo illorum extrema connectantur, per se cognoscuntur ex cognitione terminorum: unde nihil magis potest ad eorum cognitionem juvare quam scientifica & evidens notitia Terminorum seu rationum eorum, qualis est illa, que in hac clypeis

scientia traditur. At v. non ita proximè & immediate descendit ad proxima & particularia principia singularium scientiarum & ad Terminus ex quibus constant: sed tantum vel quatenus necesse est ad proprias definitiones iradendas propriosq; Terminos explicandos: vel quatenus in iis generales rationes & praesertim iranscendentiales, ut dictum est, includuntur, sine quarum cognitione & adminiculo non potest aliqua ratio seu quidditas vel essentia alicujus rei in particulari explicari: e. caus. hoc principium: Si ab æqualibus æqualia demas remanent æqualia: consideratur in Metaphysica generalissimè: in Geometriâ autem per applicationem ad magnitudines: In Arithmetica per applicationem ad numeros. 3. Vbi demonstratur certitudo & veritas principiorum ibi genuina eorum instituitur consideratio: At in Metaphysicis hoc sit. Ergo. Minorem pluribus enucleat Suarez citato loco distincte. 18.19. & seqq.

Nunc & discutienda supersunt adversariorum & à nobis divertir. 2. um facientium argumenta.

1. Sic insurgunt: Prima principia sunt per se, naturaliter ac sine discurso nota: Hac autem scientia, cum essentialiter sit scientia in omnibus partibus suis, in nulla eam potest nisi per discursum, & consequenter circa conclusiones & propositiones medias versari. Ergo nullum munus proprium circa prima principia potest exercere.

2. Ad intellectum pertinet præbere assensum primis principiis: E. non ad Metaphysicam.

3. Propria Dialectice, non sunt confundenda cum Metaphysice: Doctrina primorum principiorum demonstrationis est propria Dialectice. E.

4. Propria omnium scientiarum male attribuuntur soli Metaphysice: Omnes scientia utuntur primis principiis demonstrationis, quia per eas stabiluntur principia omnium scientiarum. E. Principia non magis spectant ad Metaphysicam, quam reliquas scientias.

Quæ omnia si accurata à judicio lance expendantur, fidem dicitio nostris minime sunt detractura. Ad primum in promptu est responso. Concedimus enim munus hujus scientie circa prima principia non esse elicere illum assensum evidentem & certum, quem intellectus lumine naturali ductus sine ullo discurso præbet primis principiis: Sed ut aliquo discurso circa ipsa principia, quo conformatur quodammodo, & defendantur.

B

Ad

Ad secundum: itidem applicari potest præposita: Intellectus enim versatur circa principia talia sunt: Metaphysica autem non versatur circa illa formaliter, seu quatenus talia sunt, sed ut sunt alio modo conclusiones: & ideo intellectus attingit sine discurso: Metaphysica mediante aliquo discurso. 2. ille non addit certitudinem & evidenter propriè assensu illorum, qui ex sola natura habent potest: sed addit facilitatem & promptitudinem in exercenda illa evidenter & certitudine: Metaphysica vero addit evidenter & certitudinem, quia novo modo & per novum medium facit assensum eidem veritati.

Ad tertium limitando respondemus cum Versore lib. 11. quæst. 3. Dialectica enim proprium est demonstrare prima principia, ex probabilibus. Non hoc competit Metaphysica, quæ ostendit ea demonstrativè, procedendo ex propositionibus per se notis.

Ultimæ refutatio ex ante dictu desumitur potest, nimurum Metaphysica utitur principiis generalissimè acceptis, Scientie vero partiales applicatis ad aliquam materiam, & etiam quasi præsuppositis & confirmatis in Metaphysica, &c.

QVÆSTIO V.

Quonam modo lationes à terminis in quos feruntur speciem capiant?

1. Totidem & verbis præsens & q[uod] sit uerba informatur à DD. Conim. lib. 5. phyl. cap. 4. quæst. 4. Celebre quidem illud, sed obscuritate verborum adeo tenebris involvatum quondam, ut vix illi questionis scopum cogitando assequi licuerit. Ne itaque in ejus tractatione & nostro hallucinari contingat intellectu, pauca præfari constituiimus.
2. Et à primo memoriam repetendum, latinem esse speciem motus, quā corpora de loco in locum moventur. 2. Motum omnem duobus considerare terminis, termino à quo incipit & termino ad quem progreditur, atque adeo à termino posteriori, nempe ad quem, præcipue unitatem & distinctionem motus capi. 3. Tandem, hunc terminum ad quem, licet unus sit, duplice ratione considerare, nimurum vel formaliter prout habet diuersos modos terminandi: naturalem scilicet & violentum,

vel

vel materialiter pro ipso loco ut superficies corporis est ambientis per se
sumpta. Hicce commones. Et sic rectare ipsam aggredimur.

Delectantur tamen nonnulli sententia afferentium lationes a termino
eius loco formaliter spectato distinctionem vel speciem capere, sicut re-
iam a virtute motrici corundem corporum gravitate, nimis et levitate,
quorum impulsu corpora in loca sua defruntur: ita ut terramotus, quo
sursum fit, differat ab ignis motu in sublimi; propterea quoniam hic
naturalis ille violentus: vel etiam quia gravitas terra a levitate
ignis specie differt. Pro dictis, modo afferende militare videntur ra-
tiones, a DDo. Coniunctato loco prolatae:

1. Quilibet atlas, sanò accuratorum Philosophorum judicatur, ac-
cipiunt unitatem et distinctionem a suis objectis finibus, spectatis se-
cundum formales rationes terminandi: Atlas est atlas: E. distin-
ctionem accipit ab obiecto, quod est locus: Et sine in quem tendit, et
quo adepto mobile quiescit.

2. Distinctio morum oritur a contrariis: Violentum et naturale
sunt contraria, teste Ph. Iosópho. E.

Sed et labyrinthis hiece facile nos extricabimus, negando simili-
citer lationes distinguiri ratione naturalis et violenti: si de propria spe-
cifica distinctione loqui velimus. Tantum hanc conclusionem Tol-
etus quæst. 2. ad c. 4. phys. l. 5. Albertus Sax. quæst. 6. Scotus
quæst. 2. Et iuste. Nam calefactio qua incandescit aqua, non dissi-
det specie ab ea, qua calefit ignis, cum vel a seipso vel ab alio igni ad
perfectum gradus coloris quem amiserat reducitur: cum tamen bas-
t naturalis, illa violenta.

2. Advertendum dupliciter aliquid specie differre: scilicet vel
essentiali, cum secundum substantiam duo differunt ut homo et leo:
vel specie accidentalis, cum secundum accidentia specie diversa differunt
ut homo albus et niger. Per optimè id motum ad applicatur. Motus
enim duo specie essentiali differunt, cum ratione motus differunt puta in
terminis ad quos ut sursum et deorsum: accidentalis differunt cum
per accidentia: Et sic violentum et naturale faciunt motus differre
specie accidentalis, non essentiali: possunt enim duo motus esse unius spe-
ciei alter naturalis alter violentus.

Respondemus tamen igitur ad primum argumentum opinionis contrariae,
concedere nos Majorem secundum quid: affirmare quidem motum loca-

lem habere se ad suum terminum, tanquam ad suum objectum: negare vero quasdam illi, & quidem unius. Termino formalis rationes inesse specie distinctas, que hunc motum ab illo, in eodem termino terminato specie distinguunt. Nam quod locus, verbi gratia, ignis sit violentus terra, quando in eo terra est, id per se termino, sive loco isti non inest, sed ex accidente ei contingit & tribuitur, nempe propter causam efficientem. & ejus ad omnium, qua in locum ignis terra promota est. Quando tamen terra & ignis unus percutit locum communem, nempe superioris; ratione Terminis unus est motus, & quidem unus specie: quod autem terra motus si violentus, ignis naturalis, id inde est, quia causa efficiens motus ignis est naturalis & interna: causa vero efficiens motus terrae est violenta & externa, qui terra contra suam naturaliam illo ipso motu, qui ignis alias naturaliter movetur, est mota. Est igitur idem motus secundum speciem in igne & in terra. Quod autem idem ipse respectu terrae dicitur violentus, & respectu ignis naturalis, id non ingreditur essentiam & specificam constitutonem speciei, sed ei accedit propter diversa subjecta & diversas causas efficientes. Sic specie eadem est albedo que in Cygno & parie est. licet illa sit naturalis, haec artificialis & suo modo violenta. Ne itaque propter diversa subjecta & causas efficientes non dicere possum, albedinem in cygno esse specie distinctam ab albedine que in pariete est: in etiam propter eandem causam motus sursum, qui sunt in diversis & specie distinctis subjectis, & diversis causis efficienibus, non dic possunt specie distincti. Verum, inquis, adversam partem urgere formalis termini, quod non locus est sed ubi: ac statuere ab illo motum speciem accipere. Etsi quidem illud n'get Scotus qui vult i. distinctio q. 7. & multatali qui hodie enim sequuntur, Latrones accipere speciem a terminis ad quos materialiter sumptis. Demus id tamen illis, sed quid inde? Vbi est circumstantia corporis a circumscriptione loci aliquius proveniens, ut in loco superiore infero esse, in foro esse, in aula esse. En, si sumas locum ipsum, sive ubi perinde est, cum etiam in Vbi Locus potissimum rationem habeat. Examinentur exempla: Quae ubi sunt specie distincta, an in foro esse & in aula esse: an in foro esse violenter, & in foro esse motu naturaliter? Certe quilibet modo ratione non careat, respondet it illud ubi in foro esse, distinguisti specie ab ubi in aula esse: in foro autem esse violenter vel naturaliter, esse accidentia Vbi. Quis igitur non affirmabit, Vbi illud, esse in loco supremo, ab illo, esse in loco

loco insino, specie distinctum esse: contra, esse in loco supremo violenter & esse naturaliter ubi accidere?

Ad 2. Syllogismus peccat in forma: Est enim in secunda figura affirmativus. Deinde non negamus naturale & violentum contraria esse: Inde vero sequi, illa contrarias species motus constitvere, sed negamus. Motus enim specific rationes non sunt violentum & naturale, sed tantum accidentia, & affectiones.

QVÆSTIO VI.

Vtrum ad unitatem numeralem motus sufficiat unitas numeralis rei motæ, temporis, & formæ, quæ acquiritur?

Motum & omnem continuum eaque de causa unum esse refert. Philosophus noster lib. 5 Physicorum cap. 4. t. 39. Cum vero unum variis diuinis modis, nimirum vel genere, vel specie, vel numero: Posteriorē approbat definiendo cex. 34. Motum simpliciter unum qui & essentia & numero unus est, ἐπιλόγος δὲ πακτίνως, inquit, οὐ τὸν οὐδὲ μίαν τῷ αριθμῷ. Atque ut animi sui sensa magis in aper- tūm profrat, tria quæ motus inveniuntur distinguit: 1. Quod & id est, mobile neque quod moverit. 2. id in quo, εἰ τό: quod est forma si- venterminus. 3. quando ὅτε, id est, tempus. Tribus hisce commen- toratis, docet ad unitatem genericam & specificam sufficere unitatem termini absque unitate temporis. Ad unitatem autem numeralem maximè opus esse concursus horum trium neque unitate mobilis, formæ, temporis.

Hac & omnia, ut ut vero consona, atque exactissimo Aristotelis 2. iudicio evidentissimè demonstrata, tamen vix unius aëris faciunt non nullæ dissonilem animo opinionem forcentes. Idcirco & singulas pro- blematis partes, singula penè verba, singulari argumentorum ariete adorioruntur. Argumentis profecto vel per tissimo cuique non citra sudorem solvenus. Consignata vero sunt fideliter & excusaginavit D.D. Conimbr. libr. 5. cap. 4. quæst. 5. & à Toleto ad locum eundem Aristotelis quæst. 3. & anobis in unum fasciculum hac vi- ce colligentur.

3. De primo & itaque requisito, nempe unitate motibus, ut exordias
enit, illud reselli posse videtur ipsa auctoritate Aristotelis textu 23.
cap. 3. lib. 5. Phys. quo loco arguunt sic: *Prima & ultima chorda*,
a cytharado uno eodemque tempore tactae, motus est continuus? *Prima*
& ultima chorda sunt diversa objecta: Ergo & diversorum ob-
jectorum motus potest esse continuus & unus. *Palindrom certe hoc*
loco cecinit Aristoteles. *Quin & idem ostendere conantur in ligne*
partim viridi partim arido, quod unico motu cietur, & tamen partibus
specie diversis constat: vel etiam in gaea pluvia cadente e regione
aeris in terram, que in medio sit grande vel lapis.

4. Secundum & requisitum, videlicet formam seu Terminis unitatem,
tanquam super vacaneum, idem exterminare satagunt: quia inquit, *lapidis*
motus a globo Luna usque ad terram unus est numero, cum
nihilominus loca intermedia plura sint, videlicet superficies aeris,
ignis, aquæ.

5. Sed & tertium otiosi duntaxat ingenii commentum esse
autuant. 1. Nam Tempus accipitur hic vel pro mensura primi
mobilis: vel pro mensura propria atque insita cuiuslibet motus: Si
primum: ridiculum. Eiusmodi enim tempus semper unicum est & con-
tinuum, non interruptum nostris actionibus, cum motus cœli semper
continuus sit. Si posterior: cur plura ad unitatem motus requirun-
tur? Nam ubi hæc uncas numerali conficitur, necessarium est concur-
vere idem mobile eandemque formam, atque ita eundem motum sume-
ram. 2. Prius non pendet a posteriori: Motus est prior tempore,
quippe cum sit passio motus 12. Metaphys. 4. 29. Ergo unitas motus
non pendet a tempore.

6. Attamen & cum & illi pro defendenda motus unitate fese arena
committant: requisitis Aristotelis quedam vel demunt, vel addunt alia.
Qui pauciora volunt, unitatem motus tantum a mobili sumi debere
contendant, non a tempore nec a termino: quia Accidens sumunt
unitatem a subiecto: Motus est accidens. Et unitatem caput a subiecto,
id est mobili.

Qui plura: unum quoque numero motorem flagitant. Et hi
attestantem habent Aristotelem 8. lib. cap. 6. tex. 49. quo in loco ma-
nis est pronunciatur, quod *Vnus motus a movente proficiatur uno &*
unius mobilis sit. Nam si aliud aquæ moventur, motus non erit conti-
nuus sed interruptus. Idem inculcat eodem lib. cap. 10. tex. 81. Exi-
gunt

gunt quoq; unitatem Termini à quo: Neq; enim unus numero motus potest ex diversis numero Terminis simul procedere.

Hec t; est Achillea illa Antagonistarum mācherā quā Philosophi 7. sententiam penitus destruere ausi sunt. Frustra tamen. Siquidem firmatudo ipsius vel pueris conspicua fiet ex oppositorum constatatione.

Respondemus t; itaque ad primū per distinctionem vocabulimotus. Nam considerari potest vel motus manus, qui sit ab animali vel motus chordarum, qua manu tanguntur. Ille quidem est motus unus numero: Hic vero non item. 2. Quod attingit lignum, non est unum quid continuum sed contiguum, atque adeo non est unum numero subiectum, ideoq; non potest unum numero motum subire sed plures, quantumlibet sensus eorum distinctionem & varietatem non dignoscat. Multum vero refert obseruasse discrimen inter esse simili, esse coniunctum, & esse contignum: de quo legi potest Toleatus loco citato.

Ad 2. circa formam quam motu acquiritur, regerimus motum non terminari per se ad superficiem corporis ambientis, sed ad ubi, quod est idem cum quantitate rei mot: a, ut haber text. 31. lib. 8. Phys. atq; si nihil referre quod lapis à concavitate descendens aliam atq; aliam induat superficem: etenim in toto eo spacio unum continuum ubi acquiritur.

Porro & tertii imbecillitas agnoscetur, si modo notariant neutrām temporis significationem hic venire, sed excludi tantum omnem quietis media moram. Ad alteram Pererius lib. 13. cap. 8. quæst. 9. dicit unitatem motus non per se pendere à tempore: tamen, quia motum fuisse continuum & non interrupsum, non potest cognosci à nobis nisi ex relatione ad tempus, ideo tempus adhibetur ad constituendam unitatem numeralem.

Insuper quarti solutio facilis erit si attendatur, unum numerò duplicerari dicari, vel intrinsecisive formaliter, & sic res qualibet singularis est una numero: vel extrinsecisive velut effectivè. Hoc loco non consideratur motus unius numeri extrinseca: hæc enim est à subiecto, & si etiam accidentia genere diversa, si eidem insint, unum numerum dicuntur. scilicet intrinseca seu individualis quæ à tribus sumitur.

Vltimum superest car id respondamus: 1. ad motus continuos: a: em non requiri unitatem motoris nisi ex accidente. Vide Toleatus loco citato. Deinde objectio ciam bifurcam potest intelligi: vel quod pendeat motus unius à motore simpliciter uno numero; vel à

drobas

duobus unius vicem subeuntibus. A priori modo calculum reducimus: non à posteriori. 2. Causa, quod Aristoteles Termini à quo unitatem prætermiserit, in eo sita est: quia si motus sit unus, & Terminus ad quem unus, Terminus quoque à quo, propterea quod illi oppositus est, necessario unus esse per se intelligitur, vel quia cum Terminus à quo abicitur per motum, Aristoteles in declaranda unitate & contrarietate motus videtur eam despexisse: Ratum itaque esto: ad unitatem motus numeralem, requiri unitatem mobilis, formæ & temporis numeralem.

QVÆSTIO VII.

Vnde oriantur species sensiles?

1. Non t̄ hic disputamus de specie Logicā, prædicato scilicet communī de pluribus numero, sed speciei appellatione in praesentiarum: de-notatur qualitas realis, quā objectum agit in potentiam sensitivam, & quā mediante fit sensatio. Quia species est simulacrum quoddam & imago objectum repræsentans & ita illam obiciens sensui, ut illud ob-jectum extra se sentire posse. Quo nomine Aristoteles lib. 2. de anim. cap. 12. t. 121. & 124. docet, sensum esse id, quod sensibiles absque ma-teria formas, id est, imagines suscipere potest. Et lib. de memoria C. I. Recordationem absentium in nobis gigno ob simulacra in sensu in-tero observata. Declaratur egregie ipsarum natura exemplo Iridis ab acutissimo Scalig. ex. 80. l. 8. neque cedunt huic Toletus quæst. 33. ad cap. 12. de Anim. DD. Conimbr. in lib. 2. de Anim. cap. 6. quæst. 2. Sicut autem de earum necessitate ad sensum vel lispis & consoribus, ut ajunt, constat: ita ortus earum ingeno vel præstantissi-mo præditos mirum in modum cruciativit. Sumizam sane à doctis inire debet gratiam. Zabarella, qui in præclaro libello de sensu agente fide-lis inter Mercurii extenso quasi digito rei occultæ vestigia lettoribus monstravit. Cujus sententiam antequam nominemus, exponamus, de-fendamus, aliorum placita primo examinabimus.

2. Invenias t̄ vero plurimos, teste Zahar. cap. 2. qui præter ob-jectum, aliud agens dari contendant, à quo species sensibiles producatur: quod sequentibus rationibus persuaderi potest:

i. Omnis causa est dignitate prior suo eff. & tu: Objectum non est prius suo effectu scilicet species sensibilibus. Igitur objectum non est earum

carum causa. Minoris fidem faciunt: objectum enim est quiddam materialis: species vero sunt quiddam spirituale, quod longe praestat materiali.

2. Vt se habet objectum in intelligibile ad intellectum: ita objectum sensibile ad sensum: At phantasma, quod est objectum intellectus, non potest movere intellectum sine ope intellectus agens: E. neg. objectum sensibile sine sensu agente.

3. Annectunt testimonium Averrois in commen. 60. lib. 2. de Anima: ubi ait necessariam esse, praeter objectum sensibile, aliquam facultatem alieiam, à qua species producantur.

Nou + longe ab his distat Suessanus negans quidem sensum agentem, per negans tamen etiam species has ab objecto oriri: ponens carum causam esse Deum, qui per medium objectum materiale tanquam per instrumentum producat speciem sensibilis.

Refragatur + huic Bucciferrei, statuens præter objectum, aliud agens, sed non sensum, non Deum, sed cœlestes intelligentias sive cœlum per virtutem intelligentiarum.

Sunt denique alii qui Charybdin vitatani in Scyllam incidenti, sicut non modo ajunt, nullum objectum sensibile suapte natura posse spiritualiter agere, sed & species sensibiles velut iniustiles e scholis Philosophorum eliminari malunt.

Nos + cum Scaligero ex. 298. l. 16. Zabarell. loc. dict. c. 5. 6. item cum Alberto alioq[ue] permultis dicimus: qualitates sensiles talem habere naturam, ut multiplicent in medio speciem suam spiritualem, proinde vanum esse querere aliud externum agens, cum ad speciem producendam ipso suapte natura sufficiant.

Rationem + reddens hujus referente Zabarella, Albertus, dicit omnem formam esse multiplicatam sui ipsius vel realiter vel spiritualiter: quatuor enim præmæ qualitates utroque modo agunt: ut calor tum calorem realem in aliâ materiâ producit, tum etiam speciem spiritualem in medio & in organo sensus tactus: reliqua vero omnes sensiles qualitates & accidentia omnia sensilia per se, cum vim non habeant agendi realiter, saltem agunt spiritualiter, ut quantitas: licet non sit activa actione reali, hoc est, productiva alterius similis quantitatis: spirituali tam en activa est: cum enim sit de numero sensilium per se, speciem suam producit, quod non est aliam quantitatem prodere, sed sui ipsius imaginem, que ipsammet representat: sic dicens,

C
dum,

dum est de omnibus sensilibus per se tam propriis quam communibus.
Duplicem hanc actionem distinguens Albertus dicit aliud esse produce-
re formam in materia, & aliud, producere formam tantum: etenim
producere formam in materia est materialiter agere & producere alter-
am similem formam materialem; forma enim materialis à materia
in qua recipitur, pender in esse & in conservari, non ab agente nisi so-
lum in se: & tali actione non sunt activae alia accidentia, quam jo-
ne prima quatuor qualitates, que ob id act. v. appellare solent; pro-
ducere autem formam tantum, non formam in materia, est spiritualiter
speciem producere: quia sicut species sit in aliquā subjecta materia, ab
eā tamen non penderet in esse & in conservari, sed ab agente à quo pro-
ducitur. Quemadmodum igitur vana esset quæstio, cur calor alium
calorem materiale producat, cum nulla hujus predicationis sit alia
ratio quam ipsam caloris natura; que apta est ad alium calorem in
alio generandum: ita etiam varium est querere cur sensiles qualitates
in medio & in organo speciem suam producant: etenim supradicta natu-
ra sunt aptæ ad speciem multiplicandam: cum enim multo maius sit a-
gere realiter & producere aliquid simile materiale, quod est majoris
entitatis, quam producere speciem suam spiritualiter, quo minoris est en-
titatis; siquidem v. dimes qualitates que materialiter agunt agere
etiam spiritualiter, multas autem agere spiritualiter que realiter agere nez
queant: si non miramur, quonodo aliqua realiter agant, cum ran-
dum est alias agere spiritualiter? Tantum Albertus.

3. Revelata & igitur veritate, nihil restat quam ad v. rsiorum in-
nos retorta tela retundamus. In Trium posteriorum opinione, cum nos
si celebris, refutand. à non morabimur Videri potest Z. ab. c. 3. & 4.

9. Prima & aliquid negoti nobis faciet. Ad minoris probationem
respondemus distingendo inter spiritale reale sive substantiale & ac-
cidentale. Substantia spirituales utiq. nobiliores sunt materialibus, &
materialis non sunt causa spiritualium: inquit potius spirituales sunt causa
materialium, igitur in ista nulla oritur difficultas: in accidentib. autem
spiritale ad materiale referuntur tanquam effectus ad causum producen-
tem & est minoris entitatis quam illud, id eoque imperfectius, deficit
enim ab integritate perfectionis illius & à natura eius specifica: Lux
enim, exempli gratia, nobilior est lumine ab ea producendo in aere, quod
est imago lucis & accidentis spirituale.

Secunda

Secunda + nihil convincit: Similiudo enim claudicat. Nam ^{re} objectum à quo moveatur intellectus est phantasma singulare & sensibile, quod ut moveat intellectum transferri operetur de gradu inferiore in gradum excellentiorem: de gradu sensibili in gradum intellectuum: ideo cum non sit aptum ad id propriis viribus praestandum, eget aliquo intelligibili quo redditur actu intelligibile: ac objectum sensus non eget alia traductione de gradu in gradum, sed jam per se est sensibile & tale est motivum sensus.

Ad tertiam + nihil facit allegata Averrois auctoritas: hic enim ^{re} affirmativa nihil determinat, sed tantum dubitat: id enim dicit tanquam difficultatem tangens & ejus causam, & eam insolutam dimittit. Statiendum itaque: sensiles species non ab agente sensu, sed ab objecto originem suam trahere.

QVÆSTIO VIII.

Quare Fides, Spes, Charitas, non sint inter virtutes numeratae?

Neque ^{re} hoc injuriarum levissima est, quibus Aristotelem passim & facilius audimus etiam à viris haud vulgariter doctis, quod nimirus media beatitudinis acquirendæ prescripsit multa, manca. E multis unum profero Ludov. Vivem, at quantum seculi lapsi philosophum! quoties quælo hic totam Aristotelis de felicitate doctrinam virgulâ censoria rigide perstrinxit? lib. 6. de caus. corrupt. artium. Et probant idem, quibus nihil aquæ admirationi est atq. nullam Fidei, Speci, Charitatis, aliarumq. aliquarum virtutum mentionem ab Aristotele usquæ fuisse factam. An vero absq; harum administrculo metam actionum Ethicarum attingemus? Minime. Non igitur, inquiunt, subterfugere reprehensionem Aristotelis posset.

Sed ^{re} non opus tanta verborum acritate. Facemur & nos cum D. 2. Augustino in Johann. quod quicquid meriti, quicquid beatitudinis anima susceptura est, ex Fidei fundamento procedat. Facemur cum Cic. l. 2. Rhet. sanctissimum humani pectori bonum esse Fidem. Absit ne negemus illud Gregorii: Deo nihil gratius est dilectione, nihil Diabolico desiderabilius hujus extinctione. Neg, etiam innumerabiles Spei utilitates ignoramus. Mitis tam in hac causa cum Aristotele agi potuisse, debuit set. Rationes enim cur in virtutum album ipsas non rebulerit, haec signari possunt.

3. *I. Distinguendum tamen omnino est, cum summa intercedat cognitio SS. Theologiae cum Ethica inter uriusque finem, de quo praelare agit Kockermannus in praecognitis generalibus systema. Ethici. Ethica aequiescit in felicitate civili: SS. Theologia vero respicit eternam & absolutam hominis beatitudinem. Cum igitur media mensuram capiant ex fine 1. Pol. c. 6. finis aurem Ethica sit felicitas civilis, sufficit enumerasse media eum finem producentia, nimirum virtutes morales. Fides autem, Spes, Charitas, ut Piccol. grad. 4. c. 36. inquit: non sunt humanae sed Theologicæ & divine. 1. ratione principii infundentis. 2. ratione finis in quem elevantur: 3. ratione propriæ conditionis & naturæ: Idcirco Theologia propria & ipsarum tractatio, tanquam discipline longè excellenter, & non modo Honestatis, sed & Pietatis exercit: a dictatoriâ veluti auctoritate, sibi vendicanti.*

2. Accedit rerum divinarum ignorantia, qua ut plerique Paganismi labe infelici, ita & Aristotelii glaucom aobjicit, quo minus prævideret aut saltem crederet animam postquam è vinculis corporis tanquam è carcere evolavit, corpori rursus junctâ fore, vitâq; alterâ fruaturam. Quomodo itaque de mediis, vita eternæ felicitatem causantibus, miser verba faciat? Sermo enim est nobis hâc vice de virtutibus hisce quatenus inseruant Theologia, & sic ne per somnum quidem cognita fuerunt Philosopho.

4. *Si tamen vero fides pro factorum dictorumq; constantia & integritate accipiatur, Justitia quedam species est, quo pertinet illud Ovidii Epist. 18.*

Non bove maestoro cœlestia numina gaudent;

Sed quæ præstanda est, & sine teste, fide.

5. *Deinde tamen si spes usurpet pro perturbatione animi relatâ ad futurum bonum: timori opponitur, & est quedam species Fortitudinis analogie dicta, explicaturque ab Aristotle libr. 3. cap. 8. Ethic. Nicomach.*

6. *Charitas tamen denique, quatenus pro amore & sui & proximi venialis est, proposita est 9. Ethic. c. 4. & 8. lib. cap. 12.*

7. *Quid tamen vero obstat ne Fidem, Charitatem, Spem, sub numero Heroicarum virtutum etiam comprehendamus? Certe Heroica virtus est, quæ nos supra humanam conditionem elevat, & ad Deum excollit, quo munere felicissime pronominata tres funguntur.*

2 V E

QVÆSTIO IX.

Quomodo universa Virtus, quæ etiam Iu-
Ritia dicitur, sit una?

Scito, + ne forsitan erres, per vocem iustitiae in presentiarum à 1.
nobis non intelligi eam, cuius mentionem SS. literæ faciunt, immuni-
tatem scilicet ab omni peccato tam originis quam actus: sed habitum
medo, per quem idonei sumus ad agendum ea, quæ justa sunt, & per
quem etiam iusta agimus & volumus. lib. 5. Eth. c. 1.

Porro + cum Institutio vocabulum sit homonymum, ut vel contra- 2.
rium eius oppositum argumento est, non virtiosa Aristotele teste, insti-
tuitur divisio in universalem & particularem.

Vniuersalit, + (Aristotelivm) dñi 1500v, quæ dicat le- 3.
galis) est obedientia erga omnes leges in civili societate, vel ut Ke-
ckerian. lib. 1. system. Eth. c. 4. est virtus dirigens voluntatem
& appetitum hominis ad obedientiam omnium legum pertinentium ad
humanae societatis conservationem, atque adeo virtutum omnium ha-
bitum, & actiones gubernans secundum prescriptum istarum legum,
ut homo sentiat & agnoscat se obligatum esse ad leges servandas, & ad
suum sibi ipsi suisq. tribuendi.

Hanc + Cicero eloquentia parens peritisimusq. dicendi artifex, in 4.
aurei Off. Opus, lib. 3. virtutum omnium regnam ac dominam, ex-
cellentissimam i. de natura Deorum: causam atq. sentinam i. de le-
gib. nominavit. Ipsa sola Philosopho nostro est tēleia vñ negotiis.
Perfecta & optima est quæ cuius vel Hesperus vel Lucifer puls
christidini cedat, approbam illad Poetæ: ev dñi 1500v vñ
wōd̄ dñs̄ s̄: iustitia in se virtutes continet omnes.

Ain + vero? miraris Virtutem unam dici uniuersalem? con- 5.
tradicitionem in adjecto statuis? Noli, sed, si placet, sequentia oculis
percurrito, illico omne dubitationis puntum solletur. In questione
ab hinc tertie vestibulo allegabantur ex Aristotele tres unitatis modi,
nimirum vel generis, vel speciei vel numeri. Neuro hæc virtus dici-
tur uniuersalis, attestante Piccol. grad. 4. cap. 37. Non genere:
quia negata una specie non statim negatur genus: sublatâ vero una
virtutis specie, tota Iustitia abesse dicitur. Nec specie: quia obje-
cta ejus sunt specie distincta, ut actiones, item perturbationes corri-
genda. Si neque genere, neq. specie: multò minus numero.

6. Statuendum est idcirco cum Piccol. cap. 38. dupliciter sumi: In-
ficiam universem: vel pro quodam predicato: omnius, hoc est, pro to-
to universali, quod dicitur tum de virtute universa, tum de qualibet
eius parte. Hoc sensu quodammodo dici potest genus non synonymum
sed analogum vel ἄρτιον: quod primario virtutis universale: se-
cundario particulari competit. 2. Vel pro toto aggregativo, non mi-
xto sed constato, connexo ex partibus dissimilis speciei: Et sic constat
Virtutem univeralem esse unam, per connexionem nimirum singula-
rum partium distincte formae: in qua eamen qualibet pars suam re-
tinet formam & per connexas nedum ministrat, ut ea que mixta, verum
potius & quoad essentiam & quoad actiones perficitur; sic qualibet
virtus in suo gradu perfecta: & è cunctis constituta universalis per-
ficietissima est. Quo respectu Arist. i. Rhet. Temperantiam & Fortitudi-
nem, &c. maluit partes quam species virtutis uncapare.

7. Obstrepet dictis Alex. in 4. Natur. quæst. Partibus non
competit nomen vel definitio totius: Fortitudo, Temperancia, &c.
sunt partes: Ergo non competit illis nomen totius: nempe VIR-
TUS, quod tamen est falsissimum. Sed haud arduum est objecta a-
vertere: Virtutis enim nomen duo significat, genus scilicet singulare
virtutum, & virtutem universem qua est virtus tota & perfecta: de
singulis virtutibus vero dicitur nomen & definitio virtutis pro gene-
re sumita: sed non virtutis universa.

QVÆSTIO X.

An consiliarius etiam non requisitus debe-
at monere & consulere?

8. Quidam: + Quemadmodum virtus, tam si frater omnium nobis-
issimus, tamen valorum, arundinis iustitaculis semper egit, ne in-
gruente Aquilonum impetu expellatur: ita principis animus consiliarii
orum fide & virtute nunquam non fulciri deberet, ne hostium vix evi-
tabili malitia aliquando opprimatur. At quanta eorum multitudine
circum circa undique princeps circumscriptus? Repit per aulam per-
niciose acutatum turbam: quos licet maximè vitandos esse novi-
mus, tamen, ut recte censebat Sigismundus Imperator Prudensissi-
mus, ita natura comparatum est, ut maximè illis hæc eramus. Nam Aduo-
cato, Seneca judicio ep. 43. apertus & propitiis auribus recipitur, in
proposita imma descendat: libenter enim quod aelestat aequimus: refert

D. Hieron.

D. Hieron. offendit quod nolumus. Sed & Princeps ministros babae
seu officiarios injus*h*generis, qui ei omnium ferculorum in mensa copiam
afferunt, rari vero sunt qui afferant veritatis ferculum, Tholoz. l. 4.
de rep. c. 5. num. 5.

Cum † igitur & qui veritatem occultat, & qui prodit mendaci-
um, uterque reus sit: ille quia prodeſſe non vult: hic quia nocere de-
ſiderat: D. August. lib. de agone Christi: caueat, caueat conſu-
harius, ne conſilio dexteriori deſtitutus princeps, in extrema quaqua
præcepſruat. Urgeat eum quoque intolerabile negotiorum pondo qui-
bus princeps gravauerit, ita ut si titubet cadare nihil novi accidat.
Quod indigſtare voluit prin:eps quidam, cuius mentionem facit Ca-
merarius cent. 1. oper. subcil. cap. 61. qui traditum ſibi diadema,
quod capiti imponeret, retentum dix considerabat, tandemque in hæc
verba erumphebat: O nobilem magis ac felicem pannum, quem si quis
penitus agnoscere, quam multa ſolitudinibus periculisq; & misericordiis
ſit referens, ne humi quidem jacentem velle tollere.

Iacirco † nibil magis alienum à conſiliario fit, quam principi
tantum Charybdi laboranti manum detrab:re. Quin potius imitetur
Capitolinum qui gratiora dictu noverat, sed valuit vera pro gratis
legis, Livius lib. 3. omniq; timore deposito liberè reipub. consulat:
Degeneres animos timor arguit: canii Virg. 4. Aeneid.

Admoneri † igitur Principem debere conſtat: sed 1. re anxiè & 4.
probè conſiderat. Deliberandum est deinde quod ſtatuenundum est ſemel,
inquit Sen. Intueatur etiam circumſtantiam loci; ne id ſit in publi-
to: temporis item: quod enim ratio nequit: ſepē ſana vir mora. Quo-
nam etiam non omnes cum Hierone neminem qui liberè loquitur ſibi
importunum conſent: idcirco naturam quoque principis cognitam ba-
beat. Non ſocus enim ac quedam gemmæ aceto macerata mireſcant:

placraque melle decollat: ſic nonnulli acriori objurgatione:
ſinguli pene principes verborum blanditie in viam
rectam reducuntur.

Finis disputationis sextæ.

1000. 1000. 1000. 1000. 1000. 1000. 1000. 1000. 1000. 1000.

1000 of which were in the hands of the


卷之三

‘*Wixlāibnāmālib*’





Farbkarte #13



DISPUTATIO VI.
Centuria tercia
**QVÆSTIONVM
ILLVSTRIUM
PHILOSOPHI-
CARVM**

*In Inclytâ VVittebergeniâ Academiâ
Proposita:*

PRAESENTE
**M. IACOBO MARTINI
LOGICES PROFESS.**
Publ.

RESPONDENTE
MICHAELLE BLANCKIO
Dantiscano-Borusio.

*Ad 9. Cal. Novembr. hor. à 6. matutinū in Auditorio Col-
legii veteris.*

VVITTE BERGAE
Excudebat Iohann. Schmidt, Sumptibus
Pauli Hellwigit Bibliop. Anno 1607.